imperium aut libertatem dimicantibus. Praeterea (quod cum pace prudentiorum dictum sit) quibus etiam
videtur non tam ad officium pontificis pertinere, quid armis belliis, q̃ quid armis ecclesiasticis, hoc est
quid excommunicatione effici possit. Illam si palam non tulerit in haereticos, officio petri parum videbitur
functus, utcunq; confidat gladio Pauli, qui tamen & ipse spiritualis est. Cui enim simus, lata
semel excommunicatione, quibus viis Deus curaturus sit eam executioni mandandam? Videamus an
regina nostra ecclesiam audiat, an vero quia eam non audit, sit habenda sicut ethnica & publicana?
Si ecclesiam non audit, pronuntietur habenda velut ethnica. Quodsi hactenus tuto potuit haerenti
tiatio intermitti, quia gladius temporalis ad manum non fuit qui sententiam exequeretur; ecce
ian est ad manum gladius temporalis, & rejicitur, quia non est Gallicanus aut Hispanus.
Cur non potius Anglicani gladij aut inventur, aut saltem authoritate legitima permittuntur expiare
quod deliquerunt? Sanguinem suum se in ea causa fusuros Angli promittunt, tantum precantur
Ut ubi Christiano palam fiat, eos id non fareve alias ob causas, verum ob fidem catholicam
velut sedis Apostolicae filios. Faxit Deus, ne amicos Romae inveniat haeresis, quos non invenit
fides catholica. Quid enim per hoc decennium posset gratiosius & plausibilius erga Reginam
nostram factum fuisse, q̃ est factum, etiamsi ea dimidium regni sui ad studia hominum pro-
merenda quotannis persolvisset? Fateor multa esse tentata: sed quid vnq̃ vel minimum est
contra eam effectum? Quis det Cardinalibus nostris spiritum intelligentiae, consilij, &
fortitudinis, ut sanctissimum pontificem ex se optime affectum, sed per nescio quos a tam sancto
instituto hactenus impeditum, diutius vetardari non sinant? Inceperat bene, quin praetentarium
suum in Angliam misit, & mutare semel inchoata non est committendum ut deserantur catholici
ab ipso Papa, pro quo pugnant. Habes patriae nostrae statum, in qua certissimo expectamus
novos tumultus, in quibus faxit deus ut catholica fides vincat. Multi enim putant absq;
pontificis authoritate hoc genus belli suscipi posse, ut olim a Machabaeis est suscepturum, &
huic sententiae aliqui forsitan acquiescent. Sed quin alij dubitent, nisi pontifex palam interponat
authoritatem suam, futurum est ut secundo ipsi catholici dividantur, & alij alijs auxilium
non ferant. Ad hoc autem caput est in ecclesia constitutum, ut schismatis tollatur occasio. Ad
Taxum tabellarium si literas tuas miseris, puto q ad me vel ob Antuerpia vel a Bruxellis
tuto perferentur, modo eas inscribas ad me habitantem Louanij prope stam Claram. Expecto
enim cupide quid spei adferas. Quodsi nihil fiet, ita rem interpretabor, deum constituisse

Ut Anglia prorsus in solitudinem redigatur. de qua tamen hoc tibi affirmare possum, qui
mediocriter fuim in alijs regionibus & maximè in ista Germania inferiore versatus, me
dubitare, an sint tot catholici vel in Belgio, vel in Gallijs (si utriusq; regionis mensuram
conferimus) quot novimus esse in Anglia. Caeteris in locis penè soli reges sunt catholici,
apud nos penè soli reges sunt haeretici. Nec putes rem estimandam ex eo q̃ sub Henrico
octavo noluerunt fidem catholicam propugnare. Nam & tunc eam propugnare constitu-
erunt, & per summam fraudem a pauris improbis sunt decepti; & nunc multo melius de sedis
Apostolicae authoritate instructi sunt, q̃ unq̃ antea, & progressu haeresis tum senserunt
magis, tum oderunt. Sed modum aliquem huic nostrae orationi faciamus, multum impositurus modum
ei orationi quam facimus pro Cardinalibus nostris Hosio & Comendono, itemq; pro Antonio
meo, & ecclesia dei. Vale, ac rescribe ubi semel totius causae rationes penetraveris.
Datum Louanij 18. calendas Martias. 1570.

Jam nunc litera ex Hispania perscriptae sunt a duriusa de feria
ad anima eius quae Louanij agit. in quibus significat quata
rum alacritate Rex Catholicus audierit Catholicos in An-
glia velle conari ut fides ibi catholica restituant.
eundemq; misisse, ut auxilia illis opportuna submini-
strarentur. Ergo fanebit alieni, nō fanebit ijsdem
Catholicis Apostolica sedes? obstupescet reliquum super hoc.
Scripsisseamus ea multo ante hanc sententiam, nisi ex
rectissimo putabamus ea hor suspicari quod voluta-
mus posse. Sic res nostra apud Catholicos? Uno
ano sumet arma principes, & decerit illis sedes
Apostolica: Alio excommunicationem promulgabit
sedes Apostolica, et decerit illi principes. Cur de
mihi Antoni, plus vicium est in una excommunicatione
sedis Apostolicae, quam in multis principum auxilijs. non
sed quia gladij spirituales vehementius ferunt, sed